

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romazis causa servestam nerezum M. Petri a Jera.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrani
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stes, nis Ernesti Wulstorgy.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



N V P T I I S
 O R N A T I S S. E R V D I.
*tiss. Et pietatis amanti-
 mi juvenis,*

W O L F G A N G I A B E R.
 G E N L L. C A N D I D A T I & C

Ducentis virginem lectiss. pariq; tam pietatis
 ac pudicitiae laude, quam ingenii for-
 maq; dotibus celebratam

M A G D A L E N A M,

*Viri Clariss. doctissimiq; M. Balthasaris
 Kiesvetteri, illustr. Gymnasij
 Serv. Professoris Et inspe-
 ctoris Et c. F.*

Carmina faustae & felicitis appreciationis ergo nun-
 cupata ab iis, quorum suum cuiusque versibus
 nomen est adscriptum.



S E R V E S T A E,

Anno Christi M. DC. V.



ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ

In Nuptias

WOLFGANGI A BERGEN,
IUVENIS ERVDITISSIMI ET PIETA-
TIS AMANTISSIMI, LL.
Candidati, &c.



*Vos pietas iungit socialis fœdere lecti,
Hos autor thalami copulat ipse Deus.
A pueris casto pietas coniuncta pudori,
Sponse, tibi cura, Sponsa, tibiq; fuit.
Gratulus ergo TORO VESTRO, pietateq; di-
Fructus, fœcunda non sine prole precor. (gnos
Vtilis est pietas, & habet promissa salutis
Hic, illicq; : Dei sic tuba sacra canit.
Haudigitur fructu, qua fundo, vota carebunt:
Vota precesq; pias audit amatq; Deus.*

M. VVolfgangus Amlingus,
συγχαίρων πῖς χαίρεισι.

A L I V D.

COgnomen tibi Sponse datum est à montibus altis,
A turri nomen Sponsa tuumque venit.
Omen ut accipias? Casti prece pectoris ambo
Devota ad summum confugitote DEVM.


A 2

Montibus

Montibus excelsis & turri excelsior omni
Præstò aderit vobis dextra, quod opto, DEI,
M. Casp. Vlricus.

AD

DN. BOLGANGVM A BER-
GA ET MAGDALENAM KIESEVVETTE-
RAM, *νογώμης* lectiss. ornatissimosque, *ἠδὴ*
ᾠροσφωνητικῆς.

 *M*nia amicorum, non secius atq; deorum,
Dixisse fertur Socrates communia.
Sic ego Berhsabees modulatum carmen a-
Ac Lesbia a me redditum lyra modis, (lumno,
Munus amicorum tedis commune dicavi,
Quo vota Sponsis hætenus feci novis:
Nec semel illa quidem, faciam fors anq; rogatus,
Suspensa postquam barbitos silet seni.
Quo thalamum, Bolgange, tuum quoq; dono, me aq;
Tedas anadocha, qua tibi nunc iungitur,
Virginitatis honos, intacti fama pudoris.
Non Iaspis illo non Smaragdus munere,
Non potiora piis fuerint hęc flumina Cræsi,
Quo coniuges rex donat Israëliticus.
Crede mihi, nec vana fides: hoc munere quisquis
Est dives, nullam haud sentiet penuriam.

PSALM.

PSALMVS CXXIIX. VT EXISTI-

matur, Solomonis, commendans omnibus ho-
minibus, & inprimis coniugibus, timorem Dei,
& manuum laborem, utrumq; ad vita beati-
tudinem summopere necessarium.



Ter beatum, quem timor intimo
Tangit Iehovæ pectore, nec sacra
A lege divorsum in salébras
Devius insinuavit error!

O te beatum, quisquis es aut eris!

Nam sorte quamvis paupere sis, tui,
Illo favente, te laboris

Fenus alet. Facilem ille abunde
Victum refundens, ut bene sit tibi,
Cornuque pleno copia suppetat;
Rumore vortant ut secundo,
Cuncta operum tibi prosperabit.

Ceu vitis arctans palmitè coniuge
Vlmos maritat; ceu viridi domum
Incingit amplexu stolonum:

Sic tua te sobolis feraci
Stipabit uxor germine liberum,
Mensam ambientum; termite uti suam,
Non mentiente spem coloni.

Arborem oliva onerans renodat.
Hæc sunt, Iehovam qui timet, hæc viro
Promissa vitæ commoda, quæ manent,
Eventibus rerum invidendis,
Corde Deum ingenuo colentem.

Arcis, Iehova, è sede Sioniz
Lauto bonorum te cumulo obruet,

A 3

Vrbemque,

Vrbemque, qua sedem locasti,
Commoditate beabit omni,
Florente pacis quò Solyma ubere,
Atque Israelis incolumi statu,
Natosque natorumque tecum
Progeniem aspicias beatam.

Gregorius Bersmanus.

ALIVD.

Effe ferunt sacro surgentem ad sidera MONTM
Vertice, quem Pietas tenet; æternumque tenebit
Quisquis iter vitæ ingreditur sine labe, quod ipsi
Fax fidei, ceu sicca, regit, Cynosura carinas,
Nec nisi recta patrat, qui non declinat amissim,
Quo res cunq; cadant; quæ sentit vera, profatur:

Quem non mendacem fingit lingua improba: qui non
Vim ferro, verbore parat: qui spernit iniquos
Spretores superùm, superùm qui iactat amicos:
Conscia cui recti Mens, nescia fallere dextra:
Iuratum quem non vanum ulla redarguit ætas:
Qui lucra non captat, positus in scenore nummis
Dives: nec figit leges precio, atque refigit.
Hunc tibi cura fuit, VVOLFGE, invisere Montem
A puero; quater hunc septenis integer annis,
Numinis ardenti cultu studioque frequentas,
Noctes atque dies meditans præcepta Tonantis.
Felix! cui data vis homini est, ut se quoque possit,
Ereptus mundi de tempestatibus atris,
Tollere humo, & gradibus superare cacumina Montis,
Inque domo superùm æternâ statione morari.

Esse ferunt bifido surgentem ad sidera MONTM
Vertice, Pallas ubi doctas sibi condidit arces,
Quam circum Musæ glomerantur carminc, & adstant,
Ipse pater citharam percurrit pectine Phœbus,
Septemq; obloquitur numeris discrimina vocum:
Hunc quoque scandisti, scandentem præses Apollo

Exce-

Excepit plausu, plausu excepere sorores,
Pallas & excipiens præstantem reddidit arte,
Marte etiam instruxit, clypeumque aptavit & hastam.
Ut studiis Phœbi fieres insignis, & armis.

Esse ferunt MONTM, cuius fastigia virgo
Diva colit, gladiumque tenens, libramque bilancem,
Cuius Deucalion, cum coniuge, templa petivit,
Cum mare, cum tellus nullum discrimen haberet.
Circa illam Codex, geminique volumina Iuris,
Quæ tu, quæ vigili lustrasti cuncta labore;
Vnde probè nosti Leges, Ius, fasque, fidemque,
Vnde tibi constas, teres in te ipse, atque rotundus;
Cuique suum tribuens, dans palmam, & præmia rectis;
Offensus pravis, censor morum usque tuorum,
Iustus, propositique tenax, à tramite recto
Quem favor haud moveat, non vis, fortuna, metusque.
Hinc patria expectat certissima commoda, Resque
Publica opem, & fructum geminis desiderat ulnis:
Qualis erat pater ille tuus, qui scita Minervæ,
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque norat,
Consiliis habitus non futilis auctor ANHALTO.
Hinc sibi te generum multi voluere parentes,
Hinc sibi te Sponsum multæ optavere puellæ:
Nondum tempus erat; sed enim Mons unus, & alter
Exsuperandus adhuc: quid, enim, quid nota, tibi que
Non probrosa, sed & laudi ducenda decenter,
Dissimulem? solet adversis clarescere virtus.

Esse ferunt MONTM, quem filius ipse Iehovæ
Tentatus variisque modis, nodisque Draconis,
Permittente DEO ascendit, sed victor, & ultor
Descendit, geniis stipatus & alite flammâ.
Iuxta alius, duro clivosus limite, collis
Assurgit, qua terra DEI sudore madescit
Sanguineo, & tristi verbo nemus omne resultat:
Cur, Deus, heu! cur me desertum in morte relinquis?
Ambo illi ascensu facileis; descendere salvum
Hoc opus, hic labor est: pauci quos victor amavit
Christus, & armavit gladio Verbi que, Precumque,
Bis geniti, reditum vixdum potuere pacisci,

Huc

Huc igitur te tentatum Deus ille fidelis
Induxit, salvumque idem Deus ille fidelis,
O amor! ò ingens pietas! sanumque reduxit.
Esse ferunt latum frudente cacumine **MONTEM**,
Idalium dixere sacri per carmina vates:
Hunc colit, hóc habitat posito **VENVVS** aurea cesso;
Gemmato residetque throno, quem Mulciber olli
Coelavit, paphios uno hoc mercatus amores
Munere, & ambrosii genialia foedera lecti:
Stant propè Acidaliæ Charites, certantque subinde
Demeruisse Deam officiis, risuque, iocisque:
Stant variæ visu formæ, stant ordine nullo
Divarum facies, almo Concordia vultu,
Mulsaque æthereo perducta favore Voluptas,
Quæque solum alterno semper pede Musica pulsat:
Hinc Iræ, rursusque Preces, Lacrymæque, Timores,
Furta, Doli, Nutus, Lusus, Nugæ, atque Tenebræ,
Excubiæ, Luxus, Pallor, vindicta, Repulsa,
Nuptiæ, & illecebræ &c.
Somnia, Vota, Vices, Suspiria, Gaudia, Plausus,
Atque Fides, miserosque tenens, Spes, anchora amantes,
Osculaque, Amplexusque, atque Indulgentia; quarum
In medio pinnata cohors versatur Amorum,
Armati faculisque manus, iaculisque pharëtram;
Pars rutilum vibrare iubar, pars fundere cornu
Spicula, Lemniacis pars nectere colla catenis.
Non coma, non vultus, non est color omnibus unus,
Quosdam puniceâ videas effulgere gemmâ,
Hos florum speciem, viridesque referre smaragdos,
Sapphiro his radiant, radiant his Iaspide plumæ:
Illis purpurei circumdant crura cothurni:
Centum aliis alii pinxere coloribus alas,
Et volucres cinxere suam dulci agmine Matrem.
Ante alios dux ipse Chori, dux ipse **CVPIDO**
Fertur ovans, fratresque volans supereminet omnis.
Cuncta vigent, híc cuncta virent, híc omnia rident,
Ridet humus, pingunt sacrum violaria Montem,
Montem nectareis convestit Flora rosetis,

Quena



Quem dum fortè animi causâ , curisque levandis,
 Aonia fretus citharâ , fidibusque canoris,
 Vere novo , VVOLFANGE , petis , superasque frequenter,
 Securus Veneris , volucrum securus Amorum,
 Tandem membra levans solio Venus in fit ab alto:
 Quis novus hic nostris successit Montibus hospes?
 Quidûe petit? Venerè mne impunè laceffere fas est?
 Quisquis es , aut Themidis cultor , cultorve Minervæ?
 Non impunè feres Veneris vidisse penetral ,
 Ferte citi flammâs ! date tela ! intendite nervos !
 Ad vocem advolitant pueri , pharetrisque sagittas
 Expediunt , nixique genu , sibi quisque reflexum
 Adducunt arcum , & flagrantem lampada quassant.
 Omnibus idem animus plenam exhaurire pharetram:
 Omnibus idem animus , juvenem exhaurire cruore;
 Omnibus idem animus , iussa exhaurire parentis:
 Ni genitrix prohibens , tua , ait , tua , Nate Cupido!
 Vulnere sola valent sincerum immittere amorem.
 Ergo age ! tinge , Deus , casto tua tela veneno !
 Coniugiumque para sacrum , inviolabile , sanctum !
 Fac , juvenis tædas Sorabûm ambiat urbe iugaleis !
 Vrbs hæc formosas nutrit cultasque puellas ;
 E quibus una Iovis fuerat quoque digna cubili ,
 Iam matura viro , iam plenis nubilis annis ,
 MAGDALIS , egregij sata sanguine KISVVETTERI:
 Dixerat. Ille sacrâ depromit tela pharetrâ ,
 Virgineumque , Deus , candenti nube subintrans ,
 Labitur ad thalamum , in teneros dum denique figit
 Spicula casta sinus , Montem hinc , sua regna , revisens
 Vulnere te , MONTANE , petit , Prænaque cantat :
 Hoc tibi vulnus habe , nostri novus incola Montis !
 Hoc tibi munus habe ! completis mensibus octo ,
 Parturient MONTES , nascentur utrinque parentes ,
 BERGIUS Ascaniis , KISEVVETTERVSque Camœnis.

*Albertus Voitus Corrector
 Servest. f.*

B

ALIVD.

A L I V D.

DVm, mea, Sponse, tuo lateri, soror omine dextro
Iungitur, & nubit Numine ritè Dei.
Id tibi coniugium sincero pectore faustum
Et Sponsa, frater, comprecor usq; tua:
Plurima sint vobis felicitis gaudia sortis;
Vestroq; absistant tristia fata toro.
Sit sine lite domus, suavis Concordia regnet,
Vt imini & gratis blando in amore jocis.
Vt pulcra coniunx faciat te prole parentem,
Quaq; avias referat, quæ tibi præstet avos.
Crescite! succrescant Superi plantaria regni:
Qua sint in laudes officiosa Dei.
Hæc rata vota velit totius conditor orbis,
Et Pater, & Natus, Flatus & ipse Patris.
Qui costam exemit lateri stertentis, & inde
Virginis ossa tulit, virginis ora tulit:
Adducensq; viro primus paranympus eandem,
Connubium aeterno sanxit honore sacrum,
Ille piis Sponsis lato cum munere verbi,
Lauto cum Bacchi munere adesse velit.

Iohannes Kisvvetterus
Frater Sponsæ.

E C L O.

E C L O G A.

DU Vrpureo Phœbus cœlum referaverat ortu,
Et croceum linquens Tithoni pulcra cubile
Coniunx, humentem cœlo dimoverat umbram:
Cum veteres secum Daphnis reputabat amores
Et querulo fletu totum complebat olympum.

Audiit hæc Damon, vicina in valle tenellas
Dum servabat oves: tactusque dolore, propinquum
Acedens tales tristi dedit ore loquelas.

Dam. Daphni, quid incendis totam clamoribus æthram,
Usque ad æonem imas est abdita flamma medullas?

Nunc erat, ut viridi præcinctus tempora lauru
Carmina sidereas cantares lætus ad auras,

Carmina, quæ veteri signata in cortice quercus
Certarent coryli, patulæque ediscere fagi.

Si nescis, hodie thalami sibi foedere iunget
BERGIVS ille tuus formâ præstante puellam.

Huic æquum fuerat gratari carmine digno
Non curis, sævo non indulgere dolori.

Hæc Damon. Tum sic Daphnis placida ora resolvit:

Daph. Hoc dudum tacito mecum sub corde premebam

O Damon: sed enim petulantis livida linguæ

Toxica, sed putri metuendum dente Theonem

Cyclopumque minas, & spicula cœca verebar.

Tempora nostra vides, & triste hoc vivere nostrum

Contemptu in tanto Phœbiq; novemque sororum.

Quando tamen placet hunc tenuem subiisse laborem,

Do tibi me: videant hostes hæc metra, legantque,

Et stimulis iræ turgentibus illa rumpant:

INVIDIAM SPERO. Facio hettæ iurgia Momi.

Alternis autem numeris gratabimur ambo,

B 2

Alternis

Alternis gaudent sacrae, mea cura, Camoenae,
 Incipe, si quid habes, Sponsoque & virgine dignum:
 Incipe: pascentes quoque sic servabimus agnas.
 Dam. Te sequar, Eximios tu nosti solus honores
 Sponsoque & Sponsae. Tua me vestigia ducent,
 Daph. Nascere iam tandem, Veneri carissima stella,
 Quae revehis lucem tenebris splendore fugatis,
 Nascere, iamque polo depulsis ilicet umbris
 Redde diem, clarosque tuo cum lumine Soles,
 Ne sic ne longum Nymphis Nymphaeque morare
 Spes tacitas: in amore moras cane peius & angui
 Odit amans; Fulmen quadrilitera syllaba CRAS est.
 Dam. Exere candidulos, argentea Cynthia, vultus,
 Fratris & opposita coeli è regione serenum
 Accipiens lumen, radios emittito claros,
 Atque novis Sponsis, thalami qui iura sacrumque
 Limen inire parant, candenti luce faveto,
 Sic te sic placidam sub Latmia saxa relegans
 Dulcis amor teneat pueri, coeloque remittat.
 Daph. Suave sub auroram frondosi munera veris
 Pallentes violas, thymbrae, roremque marinum,
 Et menthas virides, & odoriferas calaminthas
 Carpere, dum leni dat murmure sibila ventus,
 Et longè resonant avibus virgulta canoris,
 Suavius at longè, Sponsi Sponsaeque modestum
 Cernere iter, lacram dum protinus itur ad aram,
 Dam. Suave per ardentem furibundi fideris aestum,
 Arva siti quando finduntur, & aret agrorum
 Campus, cum vitio moriens sitit aëris herba:
 Valle sub irrigua, patulaeque cacumine fagi
 Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.
 Suavius, optata tædarum luce fruisi,
 Nec viduas viduo in thalamo traducere noctes.
 Daph. Pæoniis aptae succis, aptaeque trochiscis

Non

Non unæ crescunt udis in vallibus herbæ,
 Puberibus seseli foliis, hederæque tenaces,
 Et baccis croceum, & foliis bicoloribus Arum,
 Arum Vrsis, apris hederæ, seseli utile cervis:
 Sed vix ulla sacri Medicina accrescit Amoris,
 Ipsa nisi veniat medicatrix virgo doloris.
 Dam. Irriguis multi crescunt in vallibus amnes,
 Neccarus, & gravidas frumento divite naves
 Albis agens, Muldæque rapaci iunctus Elister;
 Nec non Aufonii celebratus laude Mosella
 Et qui Lotichii laudatur Cinthius ore,
 Sed flammæ Veneris, sacrosque Cupidinis ignes
 Omnibus haud undis extinxerit Amphitrite.
 Daph. Quantum nocte aliis cœli spectiosior astris
 Cornibus effulget plenis argentea Phoebe,
 Mala Damascenis præstant quantum aurea prunis
 Tantum præ reliquis excellit Sponsa puellis.
 Dam. Heliadum genitor quantum superare putatur
 Privâ lucæ sua radios lumenque sororis;
 Exuperat quantum spinas rosa, lilia vepra
 Tantum inter iuvenes excellis, Sponsæ, mo
 Daph. Vitis ut innumeros foecundo palmitibus arboribus
 Spargit, & ad socias extendit brachia fagos:
 Sic Bergeriadum domus inclyta prole nepotum
 Egregia, innumeris atavis, patribusque triumphat.
 Nam quod te dicam, præstans virtute fideque
 Paulle, decus Gentis! multum debere fatetur
 Se tibi Dux Patriæ, Pater optimus Ascanis oræ:
 Pænè pari gressu Patris vestigia pressit
 Natus Ioannes, virtute insignis & arte:
 Quem, qui iam superant, patriâ virtute sequuntur.
 Dam. Non uno contenta loco est, sed flumina latè
 Et campos oleæ radix tenet: altaque tendens
 Brachia, proventu foecundo ditat alumnos.

Kisvvetteriadum quis nescit stemma, domumque,
Cuius si iustæ præconia plurima laudis
Enumerare velim, metuo hæc angusta papyrus
Ut capiat, nec me potius vox ipsa relinquat
Defessum atque diem clauso nox condat Olympo.
Daph. Desine votorum Damon. Cessemus amores
Ad thalamum canere, &, quos non æquamus honores.
Vivite felices: felices crescite: crescat
Vester honos, crescat novus alti sanguinis ordo.
Salveto mihi Sponse, & tu mihi Sponsa valet.
Hæc illi secum. Simul his vallesque recurvæ
Viciniæque urbes passim, vicinaque saxa
Plauferunt, plausere auræ, plausere volucres,
Et circumfusi nutarunt vertice montes.

In amoris & benevolentiae testimonium de-
properabat Dese 22. Iulii Anno 1605.

Tobias Heruvigius P. C.

A L I V D.



Vis ille, templum qui ingreditur sacrum?
Quænam illa, templum quæ ingreditur sacrum?
Est Sponsus ille, est illa Sponsa
Fœdera sacra tori parantes.
O congruum, ô par nobile coniugum
Genus decusque! hæc quippe parentibus
Prognata claris, atque Sponsus
Clarus avis, atavisque clarus.
Quis quæso nescit? quem latet incluta
Stirps atque fulgens BERGIADVM genus
Splendore, virtute, atque acuti
Dotibus ingenii coruscans &

Quis

Quis **KIESVVETERI** facta satis potest
Divina multo carmine prosequi?
Quis implet ipse urbem, atque totam
Alcaniæ quibus implet oram.

Quis te beatum non igitur velit
Censere? quis non, **SPONSE**, tibi velit
Iam gratulari? quis tibi non
Prospera quæque velit precari?

Tibi ecce læta & fausta dies adest.
VVOLGANGE, quæ se quæ tibi **MAGDALIS**
Bella illa se gaudet puella,
More & amore pio iugari.

Nympham en decoram! en nitidum caput!
Vultum en modestum! en candidulas genas!
Pulcra en labella! en ora formam
Purpuream superant rosarum!

Et te beatam quis, rogo, non velit
Censere? quis non, **SPONSA**, tibi velit
Iam gratulari? quis tibi non
Prospera quæque velit precari?

Iam namque Sponsus, iam iuvenis tibi
O pulcra, pulcer iungitur, & tuæ
Vult dexteræ in rebus secundis,
Rebus & in miseris adesse.

Ceptum hoc secundet coniugium **PATER**,
Beetque largo id munere **FILIVS**,
Et **SPIRITVS**, quos movit ignes,
Hos foveat sacer usque sacros.

Sponsæque Sponsus flagret amoribus:
Et Sponsa Sponsi flagret amoribus:
Sic prole Sponsum mox patrem, sic
Se faciet quoque Sponsa matrem.

DISTI-

DISTICHON

*Annus, mensis & diem nuptiarum
exhibens:*

LVX sIt nona tibi **L**ata & **V**icesima **I**VI
Qua **V**olganse **V**bls **V**in**C**La sa**C**rata **t**ori.

*Christophorus Lelmius
Bernburgensis.*



DISTICHON

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







XXXIIX.

an 37

TIIS
S. ERVDI.

is amantissi-
venis,

NGI A BER-
NDIDATI &c

ctils. pariq; tam pietatis
quam ingenii for-
us celebratam

ALENAM,
imiq; M. Balthasaris
illustr. Gymnasij
fforis & inspe-
&c. F.

s appreciationis ergo nun-
m suum cuiusque versibus
st adscriptum.



ESTÆ,
ti M. DC. V.

